Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

In Ordinatione, n. 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

Visual Library

De Miſſis injunctis ab Epiſcopo in Ordinatione Sacerdotum.

3. INfero Secundo, quod dicendum ſit ad illam difficultatem, An quando in Pontificali Romano in Ordinatione Sacerdotum ipſis ab Epiſcopo ordinante præſcribitur, ut poſt primam Miſſam celebrent unam de Spiritu Sancto. Alteram de Beatiſſima Virgine. Tertiam de Defunctis, an, inquam, debeant novelli Præsbyteri eas celebrare in diebus prohibitis, an potius in permiſſis, vel in conceſſis? Ajo non debere in diebus vetitis; debere in diebus permiſſis, & in conceſſis. Ratio prioris dicti eſt, quia id præceptum (ut notat Gavantus) a, intelligitur, ſalvis Rubricis Miſſalis: Rubricis, inquam, prohibentibus, alioquin abſonū eſſet celebrata prima Miſſa, in Natali Domini

v. g. re-

a *Gavant. p. 1 tit. 4. lit. O. §. Neque putes.*

v.g. recitare prædictas votivas, & de Requiem, in tribus ſequentibus feſtis. Ratio poſterioris eſt, quia cum hæc præſcriptio ortum habuerit a Summo Pontifice, cujus juſſu ordinatum fuit Pontificiale, potuit Pontifex pro hoc caſu abrogare illas rubricas permiſſivas de conſtanti conformatione Officii cum Miſſa. Et potuiſſet etiam abrogare illas Rubricas prohibentes; ſed nos ex inconvenienti, quod inde ſequeretur, quod nimirum deberent aliquando dici Miſſæ votivæ, & funebres in diebus ſolemnibus, colligimus prohibentes non fuiſſe abrogatas, fuiſſe autem permiſſivas, quia tunc, ſine inconvenienti, Miſſæ illæ ab Epiſcopo injunctæ recitari poſſunt.

* * *

§. VI.